neo conatui visa est: hinc non à primis simpliciter terminis orsi sumus, sed à primis in mathesi; neque omnes posuimus, sed quos ad producendos complicatione sua terminos ortos propositos sufficere judicabamus. Potuissemus eadem methodo omnes definitionns ex Elementis Euclidis exponere, si tempus superfuisset. Quoniam autem non à primis simpliciter terminis orti sumus, hinc necessarium erat signa adhibere, quibus casus vocabulorum aliaq; ad sermonem complendum necessaria intelligentur. Nam siquidem à primis simpliciter terminis incepissemus, pro ipsis casuum variationibus, quorum ex relationibus & metaphysica originem exposuit Jul. Cæsar Scaliger lib. de Caus. L. L. terminos posuissemus. Adhibuimus autem articulos græcos. Numerum pluralem signavimus adscripto in ( ) 15. si quidem indefinitus; 2. 3. &c. si determi-
88 natus Esto igitur Classis I. in qua termini primi: 1. Punctum. 2. Spatium. 3. intersitum. 4. adsitum seu contiguum, 5. dissitum, seu distans. 6. Terminus, seu quæ distant. 7. Insitum. 8. inclusum (v. g. centrum est insitum circulo, inclusum peripheriæ) 9. Pars. 10. Totum. 11. idē. 12. diversum. 13. unum. 14. Numerus. 15. plura. v. g. 1. 2. 3. 4. 5. &c. 16. distantia. 17. possibile. 18. omne. 19. datum. 20. Fit. 21. Regio. 22. Dimensio. 23. Longū. 24. Latum. 25. Profundum. 26. Comune. 27. Progressio, seu Continuatum. Classis II. 1. *Quantitas* est 14. τοῦ 9 (15). 2. *Includens* est 6 10. III 1. *Intervallum* est 2. 3. 10. 2. *Aequale*, A τῆς 11. $\frac{1}{2}$. 3. *Continuum* est A ad B si τῷ A ἡ 9. est 4. & 7. τοῦ B. IV. 1. *Majus* est A habens τὴν 9. $\frac{2}{3}$ τῷ B. 2. *Minus* B. $\frac{2}{3}$ τῇ 9. τῷ A. 3. *Linea*, $\frac{1}{3}$ τοῦ 1 (2). 4. *Parallelum*, $\frac{2}{3}$ ἐν τῇ 16. 5. *Figura*, 24. 8. ab 18. 21. V. 1. *Crescens* quod 20. $\frac{1}{4}$. 2. *Decrescens* 20. $\frac{2}{4}$. 3. *Implexum* est $\frac{1}{7}$. in τῇ 11. 22. 4. *Secans*, $\frac{3}{7}$ in τῇ 12. 22. VI. 1. *Convergens*, $\frac{2}{3}$ ἐν τῇ 16. 2. *Divergens*, $\frac{1}{5}$ ἐν τῇ 16. VII. 1. *Superficies*. $\frac{1}{3}$ τοῦ $\frac{3}{4}$. 2 *Infinitum*, $\frac{1}{4}$. quàm 18. 19. 17. 3. *Peripheria*. $\frac{3}{4}$. 13. $\frac{2}{2}$. 4. A dicitur *Mensura*, seu metitur B, si 10. ex A (15) $\frac{2}{3}$. est $\frac{2}{2}$ τῷ B. VIII. 1. *Maximum* est $\frac{1}{4}$ non $\frac{2}{4}$. 2. *Minimum*, $\frac{3}{4}$ non $\frac{1}{4}$. 3. *Recta*, $\frac{3}{4}$. $\frac{2}{3}$. τῇ 16. τῶν 6 (2). 4. quæ non talis, *Curva*. 5. *Arcus*, 9. τῆς $\frac{3}{7}$. IX. 1. *Ambitus*, est $\frac{1}{7}$. $\frac{2}{2}$. X. 1. *Commensurabilia* sunt, quorum $\frac{4}{7}$. 26. est & 1.

& 1. & 2. XI. 1. *Angulus* est quem faciunt $\frac{3}{4}$ (2). 4. $\frac{2}{6}$. XII. 1. *Planum* est $\frac{1}{7}$. $\frac{2}{3}$. τῇ 16. τῶν 6. XIII. 1. *Gibbus* $\frac{1}{7}$. $\frac{1}{4}$. τῇ 16. τῶν 6. XIV. 1. *Rectilineum* est $\frac{5}{4}$ cujus $\frac{2}{2}$ est τῶν $\frac{3}{8}$ (15). 2. quæ dicuntur *Latera*. 3. si $\frac{3}{8}$ (3) *Triangulum*. 4. Si $\frac{3}{8}$ (4) *Quadrangulum* &c. XV. 1. *Lunula* est $\frac{1}{3}$ τῶν $\frac{5}{8}$ (2) non $\frac{2}{3}$ 4 (2). [subintelligo a. tàm lunulam gibbosam qua arcus arcui concavitatem obvertit, quam falcatam qua interior alterius concavitati suam convexitatem] XVI. 1. *Angulus rectus* est $\frac{1}{11}$. $\frac{2}{3}$. in τῷ 18. 21. 2. *Segmentum* est 3 τὸν $\frac{2}{2}$ & $\frac{3}{8}$. 7. τῇ $\frac{5}{4}$. XVII. 1. *Aequilaterum* est $\frac{5}{4}$ cujus $\frac{2}{2}$ est 8. τῶν $\frac{3}{8}$ (15). 2. *Triangulum æquicrurum* est $\frac{5}{4}$ cujus $\frac{2}{2}$ est τῶν $\frac{3}{8}$ (3) $\frac{2}{3}$ (2) 3. *Scalenum* est $\frac{5}{4}$ cujus $\frac{2}{2}$ est τῶν $\frac{3}{8}$ (3) non $\frac{2}{3}$ (3). XVIII. 1. *Angulus contactus* est quem, faciunt $\frac{3}{4}$ (2). 4. $\frac{2}{6}$. non $\frac{4}{5}$. 27. modò 17. XIX. 1. *Inscriptum* est $\frac{5}{4}$. 7. cujus $\frac{1}{11}$ (15) sunt 4 τῷ $\frac{2}{2}$. 2. *Circumscripta* verò est ea figura cui inscripta est. XX. 1. *Angulus obtusus*, est $\frac{1}{4}$ quàm $\frac{1}{18}$. 2. *Acutus* $\frac{2}{4}$ quàm $\frac{1}{18}$. XXI. 1. *Diameter* est $\frac{3}{8}$. $\frac{1}{8}$. 7. τῇ $\frac{5}{4}$. XXII. 1. *Circulus* est $\frac{1}{12}$. 8. ab 18. 21. habens τὴν 16. $\frac{2}{3}$. τῷ 19. alicujus 1. (quod dicitur 2. *Centrum Circuli*) ab 18. 6. 2. *Triangulum rectangulum* est $\frac{5}{4}$ cujus $\frac{1}{11}$ (3) sunt omnes sed 13. est $\frac{2}{3}$ in τῷ 18. 21. XXIII. 1. *Centrum Figuræ* est 1. 26. τοῖς $\frac{1}{21}$ (15). XXIV. 1. *Semifigura* data v. g. semicirculus, &c.) est 3. τὸν $\frac{1}{22}$ & (dimidium ᾧ) $\frac{2}{2}$. Hinc facile erit definitiones conficere, si observetur, quòd n. 70. diximus in iis notis, quæ per fractiones scriptæ sunt *nominatorem*, designare numerum classis; *numeratorem*, numerum termini in classe, v. g. *centrum* est 1. (punctum) 26. (commune) τοῖς $\frac{1}{21}$ (diametris,) 15 pluribus. *Diameter* est $\frac{3}{8}$ (recta) $\frac{1}{8}$ (maxima) 7. [insita] τῇ $\frac{5}{4}$. [figuræ] Ex his
89 quæ de Arte complicatoria Scientiarum, seu Logica inventiva disseruimus, cujus quasi prædicamenta ejusmodi Terminorum tabula absolverentur, fluit velut Porisma: seu usus XI. Scriptura Universalis, id est cuicunque legenti, cujuscunq; linguæ perito intelligibilis, qualem hodie complures viri eruditi tentârunt, quorum diligentissimus Caspar Schottus hos recenset lib. 7. Techn. Curios. primò Hispanum quendam, cujus meminerit Kenelm. Digbæus tr. de Nat. Corp. c. 28. n. 8. quique fuerit Romæ anno 1653. ejus methodus hæc ex ipsa na-